

Juvante S. S. Trinitate
DISCURSUS PHILOLOGICUS
Originem & naturam vocis

שְׁלֵמָה

Gen. 49: 10.

Breviter enucleans,

Quem,

Suffragio Celeberrimorum Philoſo-
phorum Aboënsium,

PRÆSIDE

VIRO PRÆCLARISSIMO

Dn. PETRO HAHN,
Facultatis Seniore, Scient Nat. Prof.

Celeberrimo, & Biblioth. Ord.

PRO SOLENNI IN PHILOSOPHIA GRADU
defendere conabitur

JONAS COLLIN,

A. R. W. S.

In Auditorio Maximo,

XV. Calendas Julias A. cœlocc LXIX.

ABOË, Exqud. H. C. MERCKELL, Reg. Typogr.

In
DEUM
&
REGEM
Magnæ Fidei VIRO,
Generosissimo Excellentissimoque
DOMINO,
DN..GUSTAVO
FALTZBURG,
Provinciæ Chronobergensis
PRÆSIDI ac GUBERNATORI
Per-Illustri & Æquissimo,
Mæcenati Maximo,
Pacem & Felicitatem!

GENEROSSISSIME DOMINE.

Auspicatissimus fuit dies,
quo ex supremi Numi-
nis REGISque nostri
Clementissimi Gratia, non mini-
ma Smolandiæ felicitas contigit,
quum Te, Generosissime Domine,
GUBERNATOREM suum vide-
ret. Talem namque tunc nacta
est Patronum, qualem antea vix
habuit, nec faventiores in poste-
rum unquam optabit. Incredibi-
li, Generosissime Domine, favore
& gratia quoscunque non tantum

stu-

studiis humanioribus addictos, sed
& infimæ etiam fortis homines
amplecteris, ut non semel de Illu-
strissimæ Generositatis Tuæ virtu-
tibus, mutuas congratulantium
civium voces domi me audivisse
recordor. Unde etiam de auda-
ciæ venia confido, quod Per-Illu-
stri Nomine Tuo viles hasce pa-
gellas illustrare ausus fuerim, quæ
et si nihil contineant, quo sibi
Tantum Patronum conciliare
queant; temperare tamen mihi
non potui, quin tanto Musarum
Mæcenati, quocunque nomine
innotescerem. Accipe igitur se-
rena fronte Generosissime Domine,
vile munus, sed devotissimæ mentis
pignus, & me quoque clientum
numero adscribe. Quod benefi-
cium quia demererri nequeo, Æter-
num

num Numen precabor, ut proli-
xam annorum seriem Generositati
Tuæ largiatur, quo virtutis Pru-
dentiæque fructus, quos Smolandia
nostra sperat, capiat amplissimos,
atque Generositas Tua avitam &
ad summum fere fastigium perdu-
ctam Majorum Gloriam Nepoti-
bus tradere, clientesque interim
Tuos benigno favore beare possis,
ac inter illos

ILLUSTRISSIMÆ GENERO- SITATIS TUÆ

Clientem devotissimum

JONAM COLLIN,

MAXIME REVERENDO

Atque Amplissimo DOMINO,

DN. ANDREÆ GOEDING,

*Illustris Academiæ Upsalensis ante
hac Professori Celeberrimo, nunc
Diœcœseos Wexionensis Archi-
Præposito maxime incluto, Consi-
storiï Vice-Præsidi Templique
cathedralis & Ecclesiæ Bergun-
densis Pastori Gravissimo
PATRONO MAGNO:*

*Admodum Reverendis atq[ue] Clarissimis
Dominis,*

Dnn. Magistris S. S. Theol. &
Philos. in Regio Gymnasio Wex.
Lectoribus Consistoriique Adseesso-
ribus Amplissimis, ut antea Præ-
ceptoribus fidissimis, ita nunc
Promotoribus certissimis,
perpetuo colendis,

Quod Vobis, Patrone Magne &
Promotores Propensissimi, rude
hocce opusculum commendare
sustineam, tanto minus miremini, quan-
to majoribus meritis ac beneficiis,
velut quadam necessitate VOS colendi
me VOBIS semper obstrinxistis, quæ si
gratissima mente non agnoscerem, me-
rito ingratissimus omnium forem; sed
quando eadem refundere nequaquam
possum, cum fuerint semper singularia,
voveo ex animo, ut, quemadmodum
de Sancti Ignatii corde legitur, quod
in quacunque scissura nomen JESU
aureis literis impressum apparuerit,
sit idem JESUS cordibus vestris insi-
xus, utque diu felicissimi vivatis, ac
tandem absoluto hujus vitæ curriculo,
Justitiæ corona exornemini, ut vover
æternumque vovebit


Celeberrimorum Nominum
Vestrorum

cultor humilimus

J. C.

Lector Benevole,

Linguas esse putamina verum; misericordem vero res ipsas, Brianus Waltonus docet. unde apparet Erudititionem, quae in vulgaribus vocum conceptibus haret, tanto minus esse veram ac solidam, ut potius viam parandæ doctrine occludat, ejusque amatores Ixioni non dissimiles, qui pro Junone nubem captavit, reddat. Quare ut nucleus hic eruatur, putamina frangas necesse est. Fuit id quoque, quod me ut indolem voicis חִזְבָּן rimarer, allexit. Prolixiorem quidem tractationem tanti momenti res omnino postularet; sed ingenii imbecilitas, angustia temporis & rerum mearum facies in hac brevitate subsistere me cogunt. Si itaque L. C. alia Eruditorum bac de re sententia sublimioribus roborata rationibus Tibi arriserit, retineas que so, ac me hominem esse, nec ab errore immunem scias, Vale.



I. N. J.

§. I.



Uod, qui olim πολυ-
μερῶς καὶ πολυτύπως
Patribus per Prophetas locutus est, cuiusque
propriissimus est character, vere futura
prædicere, per magnum V. T. Evan-
gelii Præconem prædixit Esaj. 6: v. 9.
שמעו שמו וראו ראו ואל-
הוּ h. e. audite audiendo, sed ne
intelligite; וְvidete videndo sed ne co-
gnoscite; tanto confidentius de recutitis
Judæis dixero, quum qui locutus est
nobis, & nunc sedet in dextra Maje-
statis

statis in excelsis, qui que Scripturas optime novit, sacrum hoc oraculum ad ipsos applicat Matth. 13: 14. Mar. 4: 12, Luc. 8: 10. Joh. 9: 39. & 12: 40. quin & magnus ille athleta Christi, doctus ab illo, unctus de illo, crucifixus cum illo, gloriosus in illo, (Sic Paulum describit Hipponeensis Episcopus) sua temestate Dicti hujus veritatem in ipsis vidi, Act. 28: 26. 27. & Rom. 11: 8. tanto inquam fidentius de apellis & verpis posterioris hujus ævi dixero, quum hoc a Salvatore gentiumque Doctore, in iis nondum plane ut hodie exæcatis (vide, Joh. 1: 21. 45. Luc. 7: 16. Joh. 6: 14.) completum dicitur; quando cygneam illam cantionem, a Patriarcha Israël in vicinia mortis constituto, editam, tanquam certissimam ac firmissimam fidei suæ ancoram & professionem Gen. 49: 10. necno quibus modis non torquent & illudunt, in quo tormento quam maxime patitur vox illa mellitissima יהיש, qua venturi Messiae summe pacificum & quietum.

quietū Regnum ab anno 60 Vate suavissime innuitur & prædicitur, vel ipsis antiquioribus Judæis & omnibus Christianis de Messia Nictum hoc explicantibus. Et, licet vaticinum hoc ab omnibus Christianam fidem profitentibus de Leone de Juda explicetur, tanta tamen est vocis נָבִי שֵׁרֶשׁ Eruditorum de origine dissensio, ut vel unius in pectori decem animi de eadem incertici certent. Mire enim posteriorum temporum Judæi (ut illorum commenta potiora breviter prius retexam) hanc vocem distorquent, vel Mosen, vel Schaulem, vel Davidem, vel Jerobeatum, vel Nebucadnezarem, vel urbem Schiluntem per eandem intelligentes.

§. II.

Sed nec de Mose, ut quidam ineptissime volunt, ob locum Deut. 33: 5. heic omnino ἀλλογενούς, & fallacem literarum נָבִי שֵׁרֶשׁ & נָבִי שֵׁרֶשׁ ὄμοιψηφίαν (sive per artem prouersus nugatoriam Gematricam) utrinque conscientium 345, sc. Baal Turtim

h.l. & Rab. Bechai in Pentat. fol. 59. col. 2.
 statuens Messias duos a Jacobo heic præ-
 dici, quorum alter fuerit Moses, alter
 nondum venerit; hinc cum iis facit,
 qui Messiam h. l. promitti fatentur,
 sed sceptrum nondum a Iuda ablatum
 esse, (ut pote apella quis in aliqua u-
 topia ad clavum sedet) quos si lubet
 videoas egregie refutatos ab Huetio, De-
 monstr. Evang. p. m. 632. Auctor Zen-
 norennia, mirus fabularum artifex,
 fol. 63: col. 2. & in Tikkune Sohar 21. fol.
 52: 2. (ceu refert Rittangelius ad Sepher
 Jezira p. 132. 133.) legitur: *Moses ex hoc dicto*
 נֶגֶל שְׁבֵט nuncupatur; heic agitur. Nec
 David est hujus Dicti & vocis scopus,
 at Aben Es. & R. S. Ben Melech in
 Miclol Jophi fol. 15: 2. volunt, dicen-
 tes: non recedet שְׁבֵט הַגְּדוֹלָה sceptrum
 magnificentiae, donec veniat
 David; nam recte vidit Mercerus ad
 h. l. p. 731. finem, ubi initium statuen-
 dam, poni. Ne dum de Schilunte in
 finibus Ephraim sita, de quo Jud. 21:
 12. & 1. Sam. 4: 4, ubi arca Domini
 diu

diu mansisse dicitur, intelligitur; ac si
esset: donec in שֶׁלֶת eligatur Rex Schaul
ex tribu Benjamin; vel Jerobeam ut vo-
luit Lipman Nitz. n. 46. aliquis appellæ;
tanquam deportatio arcæ fœderalis in
aliquem locum, mutatæ dignitatis argu-
mentum sit. vel, *donec veniat Schiloh*,
sit idem quod *donec destinat Schilo*.
כִּי & עַר quis non videt? & loci hujus nomen
scribitur vel per שֶׁלֶת sine ו vel שְׁוֵילָה
non vero שְׁוֵילָה. Denique quantam
eclipsin pateretur veritas historica,
h. m. cum Schaul in Ramah a Propheta
unctus fuit, ut colligere est ex 1. Sam. 7:
17. & 8: 4. in Mizpah autem Rex decla-
ratus, ut ex 1. Sam. 10: 17 & sequent,
constat; Jerobeam vero in Schechem
1. Reg. 12: 1. nec Sceptrum a Juda re-
cedere dici potuit, cum ante Schaulen
sola tribus Juda id nondum habuit,
quoniam potius in Juda roboratum legitur
2. Par. II: 17. Multo minus, ut Lyrani
aliorumque in h. l. mens fuit, indigita-
tur Rex Chaldaeorū Nebucadnezar, quasi
a Deo

a Deo mittendus diceretur ad evertendum regnum Judæorum, propter eos
 tum peccata, quod etiam de eo testatur Jerem. 25: 27: 36: 50: 51: capp. is
 enim regale imperium tribui Judæ ad-
 emit, capto effossisque oculis ducto
 Babylonem Zidkija 2. Reg. 25: 6. nam
 non probamus quod legendum sit
 נִלְיָו ut illi contendunt, et si ea lectio
 etiam esset prava & contra Grammati-
 cam. In super scopus Israëlis est gra-
 tiam & beneficium promittere ; Ne-
 bucadnezar vero fuit justa pœna Ju-
 dæis a justo DEO immissa ; & quo-
 modo persuadeat sibi quis gentes
 hunc terræ Judææ vastatorem & po-
 puli illius pestem desideraturas. Ut
 præteream quod axioma regium ab
 Evilmerodacho Nebucadnezaris suc-
 cessore & filio Jehoachini concessum
 fuit 2. Reg. 25: 27. &c. Jerem. 52: 31. &
 seq. Rechte igitur observavit R. Sal. in h.l.
 sceptrum de domo Jehuda per captivi-
 tam Babelonicam non fuisse ablatum ;
 quod vel ex eo maxime probatur, quia
 tunc

tunc omnes Sanhedrin, qui capita
 Iudæorum erant, a Nebucadnezare
 interfecti non fuerunt, quandoquidem
 multi eorum in Babyloniam descendie-
 runt, ibique juxta Iudæorum legem ac
 mores, ex Regis consensu judicabant ac
 definiebant. Adde denique quod post
 eductionem e fornace ferrea per eos
 qui ex tribu Iuda prodierant, Iudæo-
 rum populus gubernatus fuit, Zerubba-
 bel enim, qui populi in ejusdem ca-
 ptivitatis reditu Princeps extitit, de tri-
 bu Iuda fuit, Hagg. 1:1. Tandem præ
 omnibus turpiter se dedit R. Nizzim
 hunc citante Isaaco Abarbanel, cum
 per errorem שילח exposuit, h. m. do-
 nec veniat error, hoc est: peccatum Schelo-
 monis; quia nec unquam שילח pecca-
 tum significat, ne dum individualiter
 Schelomonis, ut pulcre observat Celeb.
 D. Pfeifferus in Diff. de Schiloh. quale v.
 hoc esset beneficium, vel quæ expectatio
 populorum isti competenteret, in quorum
 prædictione jam occupatus est Sanctus
 vates.

§. III.

Hæc sunt præcipua Judæorum de
hac voce commenta (ut nihil dicam de
iis, qui heic crudele imperium in se
passim exerceri solitum prædici autu-
mant; & qui **תֹבֶשׁ** hic tribum sona-
re opinantur, quique Jacobum non id
sibi velle censem, fore ut Iudaæis Re-
ges de tribu Juda semper præsint, sed
ut non alii quam hac tribu orti præ-
sint: cum qui Prophetiam hanc **וְעַזְזֵבָה**
לְעַזְזֵבָה esse statuunt, sc. principatum ad
Messiaæ tempora esse Judæ promissum,
si modo legi divinæ obsequatur: de-
mum, qui id ita exponunt, Judæis de-
fensores nunquam defuturos, & tri-
bum Juda ex hominum commercio
nunquam iri segregatum, ut decem
tribus. quæ nullam veri speciem refe-
rentia, tantum recensuisse mihi sat est,
pulcre tamen refutata videoas ab Huet.
in Dem. Evang. p. 637 & seq.) At licet
eadem eorum deliria cuivis lano pate-
ant, ad majorem tamen rei certitudi-
nem, ex ipsorummet antiquiorum,

Rab.

Rabbinorum Targumicis interpretatio-
bibus, ^{referam} quarum alias apud eos non
minima est auctoritas. Sic ergo Tar-
gum Onkelosi*e.c.* Chaldaica Rab. Onke-
los translatio, quam affert Galatinus
l. 4. c. 4. לא ועריו עבד שולטן מרבות
והורה וספרא מכני ערד עלמא עד ריויתו
משיחא דרילות הוּא מלכotta וליה
id est: *non deficiet auctor vel factor potestatis sive dominii regii de domo Iudea, & scriba de filiis filiorum ejus, usque in seculum, donec veniat Messias, cuius est regnum, & ipsi obedient populi.* Nec huic dissimile
est Targum Jonathæ, quod quidem,
referente Helvico in Append. Elench.
Judaic. diu delituit, & primum editum
est ante sesquiseculum ab ipsis Ju-
dæis Venetiis, ejusq; indoles hæc est:
לא פסקין מלכון ושלטן מרבות יהורה
וספרין מאלפי אוריותה מזועיה ערד זמן רוי
ויתי מלכא משוחח זעור בנוו, ובכדיליה
Reges esse de domo Iudea, & Scribæ docentes legem de semine ejus, usque

ad tempus, quo veniet Rex Messias parvulus filiorum ejus, & propter eum liquefient populi. Ultimo addimus & Targum Hierololymitanum, cuius in hunc locum sensus pro nobis stat, ut iam videbimus: לא פסקין מלכון מרבות ויהודה: אף לא סברון מלפי אורייתא מבני בניו ערד זמן ריזיטי מלכא משיח רווי ריה הוא מלכיותה וליה עתודין רושתעכון מלכיותה: *b.e. non cessabunt Reges de Domo Iuda, etiam non Doctores docentes legem de filiis filiorum ejus, usque ad tempus, quo veniet Rex Messias, cuius est regnum & futurum est, ut ei subjiciantur omnia regna terre.* Heic observamus in primo, pro שילה adhiberi, משיחא secundo, מלכא משיחא, & ultimo loco מלכא משיח. etiam in Bereschith Rabba pro שילה habetur מלך משיח. his non inepte addimus ex Galat. quod in expositione Threnorum Jeremiæ super Ver. 16: c. i. quia procul est a me consolans, recreans animam meam, legitur: quod est nomen Messiae? qui de domo R. Schela erant, dixerunt שילה est

est nomen ejus, sicut dictum est Gen. 49:10. donec veniat שׁילה, id est Messias. Tandem inter 8. nomina Messiae ponitur in Midrasch super Prov. referente Cl. Pfeifero l. c. quibus expositionibus nihil clarius & verius afferri possit.

§. IV.

Est hæc vox arctum amicitia vinclum inter Herodem & Pilatum, dum Romanenses Pseudo-Christi, ut traditionibus suis perversissimis locum faciant, cum sequiorum temporum Judæis, contra veram ejus Orthographiam conspirant; sc. hi prave corrumpere student, illi corruptioni favent. Ita enim egregius ille Gordianus Huntlaus in nodis suis (ut putat) Gordiis Controv. I. c. 10. nugatur: olim in Hebræo erat מַלְכָש missus (h. e. mittendus, præt. pro fut. more Prophetarum) sed Judæi illud corruperunt, & mutarunt in שׁילה &c. quod tamen analogia Grammaticæ reclamat; nam in præt. pahul non מַלְכָש sed מַלְכָש

diceretur ; & fortius Judæos convin-
cit תִּלְשׁוֹן (quod recte & incorrup-
ita legitur , ut in posterum probabi-
tur) quam תִּלְשׁוֹן , cum stante hac vo-
ce , nostri temporis *Judei* (verba
sunt Galat. l. 4. c. 4. de arcan. cathol.
verit.) latam haberent fugienda ne-
gandæque veritatis viam. Nec meli-
or est hæc censura Flacii C. S. S. p. I.
col. 1170. vidi plura manuscripta exem-
plaria , ubi non erat יְהוָה , quod magis e-
tymo felicitatis conveniret. & paulo in-
fra: postea vero , (post tempora Hie-
ronymi) quod , cum יְהוָה bac &
similibus vocibus a Christianis urgerentur,
nec haberent quod respondere possent ,
pro malitia & pervicacia sua depravasse ,
facta literarum mutatione , sicut
& כָּרְנַת Ps. 22: 17. depravarunt , & mul-
tas alias. Id etiam approbare satagit
Grotius , (citantibus Matthæo Polo &
D. Calovio) cum ex aliis scripturæ
locis , in quibus Messias a Patre missus
esse dicitur , adhibitis ad id signifi-
candum verbis ἀποστλεῖν & μεμυτεῖν
cum

tum maxime ex Johan. 9:7. ubi agitur de *nataoris Siloa*, quod explicatur, missus: quæ loca ad hoc Jacobi va-
ticiuni spectare putat. Vulgata, quam probat Grotius, שׁוֹלֶש legit, &
mittendus expoluit. *Quod deliquium*
luminis hermeneutici (ut verbis utar
Doct. Dannh. Hod. Phæn. VIII. p. m.
831.) condonaremus opimo viro, quis-
quis is interpres fuit, nisi in eo, tan-
quam trophyo de fontibus Hebreis trium-
phantem male causæ pessimi patroni.
Scilicet, sol ordinem suum neglexit, quia
horologium aberravit. Septuaginta,
seniores transludere ἡ αποκείμενα αὐτῷ,
quæ sunt ei reposita, vel ut alii ex pri-
scis Græcis legunt, ὡς αποκείμεναι cui repon-
sum est sc. regnum; & hinc eos le-
gisse יְהוָה id est יְהוָה קְרָב ei, de-
suo autem adjecisse αποκείμεναι putat Ca-
pellus. Crit. I. 5. c. 2. Wolfgang. mulcu-
lus p: 847. apparet, inquit, illos (LXX)
vocem שׁוֹלֶש sic intellexisse, וְ cui, יְהוָה
est, הַל pro יְהוָה ei. Sed quodnam
est hoc loquendi genus, una duabusve
dicti-

dictionibus triplicem involvens ἀποστόλον; ut enim aliquis inde exculpetur sensus, τὸ quod primum prafigendum est *regnum*, subjungendum vero *repositum est*; at τὸ εἰ subjiciendum *Messiae*: insuper in praecedentibus nulla regni vel *Messiae* sit mentio; & ψ ex שֶׁבַע ante Davidis tempora non fuisse consilium observavit Huetius. Sunet etiam, referente Gerhardo, in Com. in Gen. p. 862, qui contra omnem rationem, vocem שִׁילָה retexuit in שְׁלֵיחָה qui est *DEI*, scil. filius. Castrinus legisse statuit שִׁילָה munus ei nempe promissum, ex שִׁילָה munus & לְהַ pro לְנָה ei. verum sunt hæ meræ nugæ & lusus vocabulorum, quæ auctori Spiritui S. non placent. Pro vera autem lectione scil. שְׁוֹלָה, tanquam murus ahenæus stat Samaritanus codex & reliqua omnia exemplaria, hoc observante Cl. Pfeiffero in *de Schiloh* §. 36. Polanus voluit hoc esse a לְנָה, (forte annotatione vocis inductus) ac si lit. rad. נְלָה in derivatis e radicibus unquam

quam periret. Neque nobis placet assertio Ludov. de Dieu in h. l., quæ docet, observante Matth. Polo, quod שילָה sit ex Arab. לִישׁ fluxus, & הַלּ pro לוֹ, quasi esset profluvium ejus; quæ origo & significatio nimis remota est & insolens; estque fontem absque necessitate præterire & aquam è rivula haurire.

§. V.

Duæ tantum quæ jam restant de שילָה cunis & natura opinione, quoniam piæ & orthodoxæ amicæ, ab utraque parte, magnorum & Eruditissimorum viorum applausu munitæ sunt & receptissimæ. Quatenus vero duæ sunt & diversæ, simul non posse consistere videntur. Beatus Lutherus in aureo Com. in Genes. p. 726. dicit: שילָה significat filium ute-ri, aut secundinæ, terminacione fœmi-nina, propter primam promissionem Adamo factam: inimicitias ponam inter te & mulierem, & Semen tuum & Semen ejus, ipsum conteret caput tuum.

euum. Et Chavab postea: possedi virum,
 qui JEHOVAH est. Ibi clare dicitur Semen
 mulieris, hoc est, filium virginis ven-
 turum, & destrukturum potentiam &
 regnum diaboli. Et paulo infra: do-
 nec veniat virginis filius, hoc est, secun-
 dinarius, ut sic dicam seu uteralis fili-
 us. Nos sumus filii uteri, non Semen
 secundinae, sed viri Semen transfusum ex
 lumbis patris in secundinam. Illa sur-
 git & nascitur sine virili Semine, sicut
 inquit angelus ad Mariam: quod ex te
 nascitur &c. non ex Joseph. Filius tuus
 erit virginis filius, erit fructus secundi-
 nae, erit Schilob, id est, fructus mater-
 ni uteri tantum, patrem non habebit.
 tandem addit: haec Grammatica mihi
 placet, in ea summa fiducia acquiesco.
 Galatinus item exponit יהוָה filius ejus,
 additque heic innui, Messiam futurum
 verum dominem, & de matre &
 patre nasciturum. Piscator, Secunda
 ejus, id est, Christus. R. Bechai, fili-
 us ejus, qui nascetur יהוָה ex secun-
 dina mulieris, more omnium qui
 nascun-

nascuntur, quæ expositio Helvico pla-
 cetur. Malvenda vult hanc vocem ju-
 nuere, eum existimandum filium Jo-
 seph, sed re vera filium fore duntaxat
 virginis Mariæ. Ad horum aliorumque
 idem sentientium sententiam accedit
 Cl. Pfeif. in Diss. de Schiloh §. 80.
 ita differens: *superest lustranda eorum*
sententia, qui שילה deducunt ex שיל
infans, tenellus, embryo, & affixo, ex-
ponuntque per בנו in hanc sententiam:
donec veniat filiolus ejus, scilicet Judæ
id est καὶ ἔρχην Messias. Et hanc tan-
dem sive helicen, sive cynosuram inter-
tot opinionum fluctus nobis affulgeret
sentimus. Verum licet hæ meditatio-
 nes sint piæ, nihilominus aliter nos
 sentimus ob sequentes rationes. Nam
 quod ad originem spectat quod שיל
 sit ab inusit: לְשׁ, sic statuimus: quod
 cum occurrat nomen & radix in He-
 bræa lingua usitata שׁ fimbriam de-
 notans Exod. 28: 33. 34. Jer. 13: 22. Elaj-
 6: 1. & alibi, cuius significatio cum ab
 eorum proposito sit diversissima, id-

circa non est ejusdem radicis, aliam v.
 radicem earundem literarum Linguae
 Hebraeæ obtrudere vix licet; ergo plus
 justo eos facere credimus, qui citra ne-
 cessitatem ad confingendas Radices
 configiunt; & si vel maxime eisdem
 creare nobis liceat, ita id fieri, ut ru-
 dera vocis Hebraicæ reperiantur
 in alia Lingua orientali Hebraicæ filia.
 sic invenitur quidem apud Arabes vox
 cognata לִשְׁה, quæ significat fluere & pro-
 fluvium, unde Ludovico de Dieu su-
 pra רַבְלִש deducere placuit, sed opera
 ejus Cl. Pfeiffero §. 79 displicet. jam
 ex dicta Radice non nisi fictum naſci
 potest vocabulum, quod quatenus fi-
 ctum est rejiciendum. Ergo recte no-
 tavit Sixtinus Amama p. 287. dicens:
 communis illa interpretatio, שִׁילָה filius
 ejus, explicari non potest, nisi per mul-
 tas ambages. Primo n. erit הַ pro יְ, quod
 quidem exemplo non caret, deinde שִׁילָן
 erit pro שִׁילָה, atq. boerurus pro יְ, שִׁילָהָן
 denique erit Metonymia. Est etiam in-
 signis Theologi D. Daunhayeri Hodos.

Phæn. VIII. p. 603, de hac sententia
 judicium hoc: *Quia vero hæc inter-
 pretatio ambagibus involuta est, tropo
 & anomalis audentior, ad veritatem
 nobis proclivior videtur sententia illo-
 rum in hac Lingua Principum, Oleastri,
 Fagi, Merceri, Drusii, Forsteri,
 Schindleri, Sextini Amamæ, (addi-
 mus Melanchthonem, Brentium, Al-
 tingium, Avenarium, L. Ofiandrum,
 Hakspanium, Dilherrum & Huetium,
 aliosque) quando a הָלֶב vocem deri-
 vantes, (quæ est altera & verissima
 sententia, quamque nunc facimus no-
 stram) pacificum reddiderunt, Iospi-
 torem, felicem, Salvatorem, den-
 glückselich seyn/ und frisch durch drin-
 gen solte / verba sunt Lutheri margi-
 nata, darumb nennen wir הָלֶב ei-
 nen Heil (alias B. Lutherus in versio-
 ne lat. in Com. super Genes. retinuit
 הָלֶב ut proprium, aliquique hunc mo-
 rem fecere suum, ut Pagninus, Arias, &
 versiones Galli, Ang'. Belg. Dan. Hispan.
 Ital. Bohem. (ut observavit D. Pfeiff.*

I. c. §. 48.) Wasmuth in vind. Hebr. scripturæ h. l. & Excell. Dn. Seb. Schmidt in recentissima & optima, Bibliorum versione latina, &c.) & hunc secutus Svecus interpres, optime reddens ḥ耶々珥. Nec Flacii C. S. p. i. p. 1170. in hanc vocem expositio nobis displiceret, cuius haec est indoles: *Opinor* (וַיֹּאמֶר) idem esse, quod saluator, felix, prosper, fortunatus, faustus, augustus: cui prospere debebant succedere omnia, contra mundi sapientiam & potentiam, contra peccatum, mortem, Diabolum, adeoque omnes portas inferorum; ac ipse spoliatos principatus & potestates ostentare, palam triumphando per semetipsum. Quæ omnia commodissime se habent. Nos Patriarcham Istrælem in animo etiam habuisse credimus, pugnam in Paradiſo inter Semen matris suæ & serpentem ortam, quod omnes locutiones in hoc vaticinio adhibitæ, & significatio vocis וַיֹּאמֶר arguunt: etiam ex eventu, quem tanquam certissimam veritatis pro-

probam huic assertioni adhibemus, patet. Nec forma Grammatica huic derivationi obstat, cum aliæ dentur voces ejusdem formæ, ut תְּרוֹשׁ *mustum*, קִימָשׁ *primus*, קִיטָוָר *fumus*, קִימָשׁ *urtica* &c. neque impedit, quod haec voces non gaudent ȝ. rad. ה ut שִׁלָּח; quia in formis punctorum tantum habetur respectus: & in nomine proprio הַלְמָה etiam quiescit ה in cholem ac alias saepe in pronominibus. Nec videmus quid impedit, quo minus, ac si proprium retineatur, ut supra citati Auctores & Versiones fecere, cum hoc uno tantum loco occurrat in tota S. S., & ejus notatio Messiae soli ac propriissime conveniat, ut jam breviter demonstrabitur.

§. VI.

Sine omni dubio in vocis hujus significatione ludit Sanctus Vates, sicut supra v. 8. in nomine Judæ fecit, quod a יְרָה quod in hiphil *confiteri*, *laudare*, *celebrare*, & *gratias agere*, significat, deducitur; ideoque statim addit

addit: te laudabunt fratres tui, sc. ob
 divinos & aeternos, quos Leo de Iudea,
 aucturus esset triumphos, cui deinde
 competenteret Regnum Pacificum. hoc
 illustrare voluit insigni similitudine a
 Leone delumta, qui ob fortitudinem
 & generositatem quadrupedum Rex &
 Princeps habetur; qua, & Christi robur
 seu potentia, & regium genus indigi-
 tatur. Neque notatu indignum est,
 quod ex sex illis nominibus, quae in
 scriptura S. leoni tribui observant Thal-
 mudistæ, in Sanhedrin c. II. f. 95 col. L
 hoc loco adhibetur nomen **לֵבִיא**, quod
 leonem talen significat, quem nemo
 ob ferociam excitare & commovere
 audet. Quam vere significatio vocis
מֶלֶשׁ Christo conveniat liquet exinde,
 quod Solus pro nobis sustinuit castiga-
 tionem pacis Es. 53: 5. & David Pater
 Ejus Regnum hoc mere pacificum fore
 dudum ante præviderat Ps. 72: 7. florebit
 in diebus ejus justus: & multa erit pax,
 usque dum non erit luna, item Esaias
 c. 9, v. 56. vocavit autem nomen ejus,

... Princeps pacis: ... & multiplicantem pacem non erit finis, quin & conceptis de eo verbis præcinit Michæas c. 5. 5. & iste erit pax: atque Zacharias c. 9. 10. & loquetur pacem gentibus. His addi possunt alia perplurima Veteris T. vaticinia de Pacifico regno Christi: ut: Eze. 2: 4. II. 6. 7. & seqq. 40: 4. 52: 7. 54: 10. 55: 12. 65: 25. Jerem. 33: 9. Ez. ch. 34: 25. 28. Osee. 2: 18. Mich. 4: 4. 5. Hagg. 2: 10. &c. hinc ab Apostolis in N. T. audit Deus pacis Rom. 15: 33. 16: 20. 2. Cor. 13. II. & non confusione i. Cor. 14: 33. Rex pacis Heb. 7: 2. Pax nostra Eph. 2: 14. inter homines, & v. 15. 16. 17. inter Deum & homines; ideoque apparuisse dicitur, ut pedes nostros in viam pacis dirigat Luc. 1: 79. Signanter autem dixit Patriarcha David multa pax flerabit, quare non unam pacem sed internam & externam secum allaturus esset יהִשָׁוֹר, qui solus dicere potuit: Pacem meam (spiritualem) relinquo vobis, pacem meam (externum quoddam patrocinium, de-

defensionem ac tranquillitatem) do
vobis Joh. 14: 27. hoc est, pacem no-
bis acquisivit: cum DEO Rom. 5: 1.
Coll. 1: 20 quia gloria in excelsis Deo;
& in terra pax Luc. 2: 14. Per Chri-
stum enim, & Deo sua gloria, & ho-
mini vera pax cordis, ac cum DEO,
restituitur, ut dicere queamus: si DE:
us pro nobis: quis contra nos? Rom. 8: 31.
& quid faciet mihi homo? Hebr. 13: 6.
cum HOMINIBUS. Sic Esavus hostili animo
adversus Jacobum tendens, mitescit
Gen. 32: 6. & 33: 6. & quia DEus erat
Davidis adjumentum, à quo pax est,
optat Amasai & annunciat ipsi pacem
1. Paral. 12: 18. ab ipso est tabernaculum
nostrum pax Job, 5: 24. hicque ponit
terminum nostrum pacem Ps. 147: 14.
atque est JEEOVAH, qui nobis omnia o-
pera nostra operatur, & pacem nobis
disponit, eandemque continuam cu-
stodit Esa. 26: 12. 3. quare, facere pa-
cem, inter idiomata JEHOVÆ propriissi-
ma ponit, qui solus est. Esa. 45: 7. quod
etiam optime edocitus David in angu-
stia

stia constitutus solius Dei auxilium an-
xie implorat Ps. 60: 13. Breviter heic
notamus quam Pacificus fuit orbis tem-
pore Augusti seu Nativitatis Christi,
quod unanimis testatur Historicorum
consensus, quorum unius ex Orosii
l. 6. c. 22. ad rem nostram aptissimum
afferemus testimonium : *Anno ab V. C.
DCCLII. Caesar Augustus ab oriente in occi-
dentes, a Septentrione ad meridiem, ac
per totum oceani circulum, cunctis gentibus
una pace compositis, Jani portas tertio
ipse tunc clausit. Eo. videantur etiam
qua l. 7. c. 3. ex Tacito allegat, & Eu-
sebius in Præparat. Evang. lib. I. c. 4.*
*Virgilius quoque pacificum Augusti re-
gnum sub quo natus Salvator, splendi-
dis versibus prædicavit l. I. Æneidos;*
omnia enim tum quieta & tramquilla
erant, quia Pax & Princeps Pacis aderat.

Deniq; in *NOBIS IPSIS* a יהַלְשׁ hospis-
tatore nostro habemus regnum DEI,
quod est justitia, pax & gaudium in Spi-
ritu Sancto Rom. 14:17. qua (pax) est fru-
ctus Spiritus Gal. 5: 22. estque con-
stantissima animi recreatio, qua fit

ut de benevolentia Dei securus homo
superatis conscientia terroribus, clamet
cum Davide: JEHOVAH est lux mea,
& robur vita mea: a quo extimescam §
Ps. 27:1. & in te JEHOVAH speravi, ne
pudefiam in æternum Ps. 31: 2, itaque
ea quæ pacis sunt sectemur Rom. 14:
19. sed hac pace & cum DEO, mundus
semper caret; nam non erit impiis pax
inquit JEHOVAH Es. 48: 22. 27: 31. et si
somniaient quidem, apprehendere ta-
men nullo modo possunt; quia aut im-
pius prouersus est ἀπελγηκὼς stupidus
& omnis doloris expers, aut pro Deo
sibi idolum fabricat, ipsius misericor-
diam a Summa justitia separans; vel iræ
Dei opponens varia figmenta homi-
num, se denique suis insomniis pa-
scens. Sola enim fides Christi me-
ritum apprehendens, quæ verbo ipsi-
us Dei nixa, hanc pacem affert,
hanc in Christo habemus, et si affli-
ctionem in mundo Joh. 16: 33. quam
nimiam, DEUS pacis, qui vicit
mundum, a suis clementer avertat, &
conterat Satanam sub pedes nostros
brevi

brevi Rom. 16: 20. avertat idem Deus misericordiaꝝ undique circum nos fluctuantes bellorū æstus, qui corda nostra propter peccatorum molem profundis aquis obruunt. Reducat Rex Pacis Unum suum (cujus natales hodie celebramus; quos ut cum lætitia per longam annorū seriem repetere liceat, faxit qui omnia potest) Regem nostrum, annuen-te Deo, invictissimū & glorioſissimum, cum pace jucundissima, quibus arctous noster orbis nimis diu proh dolor orbus fuit. Da interim Summe Deus ut Augustissimus noster CAROLUS sit semper CAROLUS, Heros invictissimus, veræ Christianæ libertatis vindex strenuissimus, hostium Tuorum Suorumque victor glorioſissimus, atque eos persequatur, transeatque cum pace Esa. 41: v. 3. ac brevi revertatur in Pace Gen. 28: 21. & sit hæc terra pacis Jer. 12: 5. ac proferat semen pacis Zach. 8: 12. atque nos cum ipso in pace habitemus Baruch. 3: 12. in pace eamus Jud. 18: 6. in pace abeamus I. Sam. 29: 7. in pace cubamus & dormiamus

Pſ. 4:9. utque ſit nobis pax multa Pſ. 119:165. atque in eadem ſimus, hoc eſt, diu-tiſſime fruamur. Te interim omni-potens æterne Deus, cui omnium æter-na ſalus maxime cordi eſt, cujuſque po-tentia eſt rurſus inſerere, quos incredu-litas effregit Rom. ii: 23, 20. & ſeq. ſuppli-citer precamur, ne noſ ex naturali olea-stro exciſi, & contra naturam in bonam oleam inſerti, alte ſapiamus vel animo efferamur; ſed potius cum pavore & tre-more noſtram operemur ſalutem Phil. 2: 12. & te, JEHOVAH noſter, in timore colam-uſ, & exultemus in tremore Pſ. 2: 11. ut-que naturales ramiv. 21. iterū inſerantur, לְצִוָּן יֹאמֶר אֲיַשׁ וְאֲיַשׁ יָלֶךְ בָּהּ: יְהוָה, quo, יְהוָה אֲיַשׁ וְאֲיַשׁ יָלֶךְ בָּהּ: יְהוָה, Pſ. 87: 5. 6. וְſפֵר בְּכַתּוֹב עַמִּים zijoni di-cetur, vir Ⓛ vir natus in ea, JEHOVAH nu-merabit in describendis populis. Sic totus Jisrael ſalvabitur Rom. 11. 26. & timebunt ab occaſu nomen JEHOVÆ, & ab ortu ſolis gloriā ejus, El. 59: 19. cui ſit gloria & nunc & in diem æternitatis!

Amen. 2. Pet. 3:18.

Prov. 18:10.

מְגֻרְלָעָן שֵׁם יְהוָה-

Mf Rv 56 30